

1677 ottobre 20-21, Quinzano.

Visita pastorale del vescovo Marino Giovanni GIORGI (2).
Relazione dell'arciprete Giovanni CAPELLO.

Brescia - Archivio Vescovile: Visite Pastorali, reg. 54 (II Visita, Libro V), cc. 261r-269v.

Ediz.: inedito.

(*trascr.:* tc, 06.2010)

[c. 261r]

{Quintiani}¹

Presentata etc die 20 Octobris 1677

Relatio facta a me *infrascripto* in Visitatione *Illustrissimi, et Reuerendissimi Domini Domini Marini Ioannis Georgij Episcopi Brixie* habita Quintiani anno 1677 Die uigesima, et sequenti Mensis Octobris.

Ecclesia Parochialis Plebana Archipresbyteralis est sub inuocatione SSanctorum Martirum Faustini, et Iouite, alias' sub inuocatione Sanctę Marię Plebis: est consecrata, et habet, ut Plebs, sub se Ecclesiam Parochialem Aquęlongę, cuius Rector tenetur inseruire personaliter' Archipresbytero in functionibus Sabbati Sancti cuiuslibet anni, sacraque Olea ab Archipresbytero accipere. Habet sub se animas 2700: Quę communicantur sunt 2150.

In Ecclesia supradicta Parochiali reperiuntur quinque Altaria uidelicet;
Altare maius, vbi asseruatur Santissimum Sacramentum; et est consecratum.
Altare scholę Santissimi Sacramenti non consecratum.
Altare Sancti Petri martyris non consecratum.
Altare Sancti Nicolai non consecratum.
Altare Sanctę Annę non consecratum.

In hac Ecclesia erectę sunt duę Scholę Santissimi Sacramenti scilicet, et Sanctę Crucis, quę habent sua Diplomata aggregationis.

Schola Santissimi Sacramenti habet redditus annuatim {du}centum {quindecim}² aureorum cum *infrascriptis* oneribus.³

Hęc schola tenebatur ad celebrationem vnus Missę quotidianę perpetuis temporibus ob Capitale Mille, et quinquaginta librarum Planetarum receptum a diuersis pijs personis anno 1576 cum obligatione etiam, ut celebrator dictę Missę teneretur inseruire Archipresbytero in Missis cantatis, Vesperis, et Processionibus. Insuper' tenebatur dicta schola ad celebrare faciendum duas Missas pro qualibet hebdomada: altera relicta a Domino Ioanne Planerio: altera non inuenitur à quo fuerit legata. Verumtamen' quia redditus annui omnium supradictarum Missarum non excedebant summam uiginti quinque aureorum reductę fuerunt per Rescriptum Apostolicum a Reuerendissimo Zanibono Vicario Generali Brixie, taxando vnam libram planetarum pro qualibet missa. Apparet in Actis Domini Francisci Benalij Notarij Episcopalis sub die 27 Iulij 1637

Item' tenetur ad celebrationem duorum Offitiorum defunctorum perpetuis temporibus quotannis ex legato Reuerendi Alouisij de Zardinis.

¹ Nel margine sin.

² Nell'interlinea, a correzione di altra cifra (forse «centum Vigintiquinque»).

³ Nel margine sin: «215».

Item' tenetur ad celebrationem trium Mensium Missarum singulis annis perpetuis temporibus ex legato Reuerendi Iosephi Bonardelli anno 1636.

Item' tenetur ad celebrationem vnus Missę priuilegiatę singulis mensibus perpetuis temporibus ex legato facto a Paula vxore quondam Hercule de Cirimbellis. Extat Testamentum rogatum a Domino Augustino Planerio Notario Quintiani anno 1666.

Item tenetur ad celebrare faciendum tot missas, quot annuatim' ferunt fructus plodiorum trium Terrę cum || [c. 262r] dimidio circiter, et Capitalis liuellarij quatuor centum et uiginti quinque librarum planetarum ex Hęriditate quondam Reuerendi Ioannis Iacobi de Amighettis. Extat Testamentum apud Dominum Hyeronimum Blesium Notarium Quintiani.

Item tenetur ad celebrationem trescentum Missarum quotannis pro tempore sexaginta sex annorum ex legato facto a Reuerendo Francisco de Litteris. Testamentum fuit rogatum a Domino Leonardo de Bertellis Notario Brixie die 28 Iulij anno 1670.

Item' tenetur ad celebrationem tot Missarum, quot dabunt fructus annui hęreditatis Pauli Polletti, deductis grauaminibus, et expensis pro sacro suppellectile ad celebrationem Missę necessario. Hęc hereditas consistit in triginta aureis circiter annuatim. Apparet Testamentum rogatum a Domino Scipione Gandino Notario Quintiani anno 1676.

Supradicta onera singula bene' adimplentur.

Item dicta Schola Santissimi Sacramenti celebrare facit singulis mensibus vnum Officium pro defunctis confratribus, et benefactoribus, non tamen' ex obligatione.

Eleemosinę huius scholę sunt bene' administratę a Regentibus, et Massarijs⁴ dictę scholę. Massarius nunc' est Franciscus Valseccus.

Schola Sancte Crucis, seu' Sancti Petri Martyris tenetur ad celebrare faciendum tot missas, quot dant fructus hęreditatis Domini Filippi Corsini, detractis omnibus grauaminibus, et expensis pro sacro suppellectile ad celebrationem Missę || [c. 262v] necessario perpetuis temporibus. Hęc hereditas consistit in viginti quinque aureis circiter singulis annis. Apparet Testamentum rogatum a Domino Camillo Gandino Notario Quintiani anno 1677. Hoc onus adimpletur. Hęc Schola alios redditus non habet pręter eleemosinas, quę collinguntur tempore fructuum aruorum, quę expenduntur pro manutatione Altaris a Regentibus, et Massarijs dictę Scholę. Massarius est Bartolameus Bosius.

Reuerendus Seminarius Brixie tenetur ad celebrationem vnus Missę perpetuis temporibus in Ecclesia Parochiali, et creditur quotidiana iuxta depositionem iuratam Reuerendi Stephani de Basellis Curati Quintiani in visitatione felicis memorię Illustrissimi Episcopi Bollani, habitam Quintiani per Reuerendum Pręsbyterum Christophorum Pilatum sed cum seminarium contribuat Capellano tantum' quinquaginta aurea, iste celebrat tot Missas, quot portant quinquaginta aurea.

Spectabilis Communitas Quintiani onus habet faciendi celebrare ad Altare Sanctę Annę tot Missas, quot dant quotannis fructus sec plodiorum cum dimidio Terrę ex legato facto ab Horatio Cirimbello. Apparet Testamentum rogatum a Domino Horatio Pizzamilio anno 1630.

Eadem Communitas onus habet curandi, ut cantetur Missa sollemnis festo Sancti Martini Episcopi pro electione Regentium Montis pietatis singulis annis, ut constat in Libris publicis eiusdem Communitatis, et hęc onera adamussim' adimplentur.

Hęredes quondam Domini Ioannis de Planerij tenentur ad manutationem || [c. 263r] vnus Missę pro qualibet hebdomada celebrandę ad Altare Sancti Syluestri, nunc' Sancti Nicolai, erecti in Ecclesia Parochiali Quintiani. Legatum hoc factum fuit anno 1505. Hęredes sunt quatuor fratres diuisi; sed tantum Dominus Petrus vnus ex fratribus adimplet suam partem

⁴ Corretto, forse da «Massario».

faciendo celebrare vnam Missam singulis mensibus. Alij Fratres non adimplent suam obligationem, neque constat, an' vnquam' adimpleuerint hoc onus annis preteritis. Idem Dominus Petrus supradictus adimpleuit suam portionem solum' sex abhinc annis, et de annis anteaactis nihil constat.

Preter Ecclesiam Parochialem extant alie Ecclesie, seu' Oratoria, ut infra.

Ecclesia Sancti Rocchi, in qua sunt tria Altaria uidelicet.

Altare Sancti Rocchi.

Altare Santissimi Rosarij,

Altare Sancti Caroli, et Sancti Firmi.

In hac Ecclesia extant tres Confraternitates, hoc est Sanctissimi Rosarij, Sancti Caroli, et Sancti Rocchi: habent sua Diplomata aggregationis: Sed Regentes Ecclesie Sancti Rocchi omnes tres Confraternitates supradictas, et Altaria gubernant; et sine vlla distinctione omnes redditus et eleemosinam horum trium Altarium, et Confraternitatum tanquam' communia insumantur.

Hec Ecclesia habet redditus annuos aureorum ducentum et triginta cum infrascriptis oneribus, ut patet in Tabella exposita in Sacristia eiusdem Ecclesie || [c. 263v] quam exprompsi [?], et est ut infra.

Ecclesia SSanctorum Rocchi, et Sebastiani reedificata, et utcunque dotata erecta fuit in titulum Beneficij simplicis cum onere celebrandi singulis diebus festiuis authoritate ordinarij sub die 18 Ianuarij 1513

Onus vnus Missam continuam in dicta Ecclesia celebrandam ex legato Dominici Rubei 1598, quod tamen' ob tenuitatem reductum est authoritate Apostolica per Ordinarium ad nonaginta Missas celebrandas singulo anno sub die uigesima prima Augusti 1632 donec etc.

Aliud onus vnus Missam quotidianam in perpetuum in dicta Ecclesia celebrandam ex legato Reuerendi Domini Francisci de Maximis 1629, quod tamen superueniente peste ex tenuitate reddituum sub die, anno, et authoritate predicta ad nonaginta Missas singulo anno celebrandas reductum fuit, durante Sacerdotum penuria, et tenuitate reddituum.

Sunt, et alia⁵ pia legata sine tamen peculiari onere, sed in remedium animarum legantium, subsidium Ecclesie, commodioremque vsum vicinorum pro celebranda, seu' audienda Missa. Hec supradicta Tabella.

Item' tenetur dicta Ecclesia ad celebrare faciendum quatuor Missas in qualibet hebdomada perpetuis temporibus ex testamento facto a quondam Paulo Vadaneo rogato a Domino Francisco Gandino Notario Quintiani sub die 11 Februarij 1649. || [c. 264r]

Hec supradicta onera adimplentur contribuendo Capellanis quinque aurea pro quolibet mense Missarum.

Quis prouideat Beneficium simplex supradictum nescitur, putatur extinctum.

Item' habet onus vnus Missam continuam, excepto vno die pro qualibet hebdomada celebrandam ad Altare Sanctissimi Rosarij ex legato facto a quondam Domino Iulio Paduano rogato a Domino Francisco Gandino anno 1648.

Hoc onus non est perfecte' adimpletum ob defectum exactionis a debitoribus, quam recusat Capellanus dicte Missam.

Item' habet onus faciendi celebrare ad Altare Sanctissimi Rosarij quatuor Missas singulis hebdomadibus ex legato facto a Domino Ioanne Paulo Vertua dicto Bona rogato a Domino Antonio Bozzola notario Brixie anno 1658. Hoc onus est recte' adimpletum

Eleemosinam supradictam Ecclesie Sancti Rocchi bene' sunt administrata a Regentibus, et Massarijs eiusdem Ecclesie: nunc' est Massarius Iulius Targa.

Alia Ecclesia sub inuocatione Sancti Ioseph habet tria Altaria scilicet

⁵ Segue parola cancellata (forse «onera»).

Altare *Sancti* Ioseph

Altare *Santissimi nominis* Iesus.

Altare *Sancti* Antonij Abbatis.

In hac Ecclesia extat societas *Santissimi nominis* Iesus, quę tamen non habet redditus, nec eleemosinas separatas ab alijs Altaribus, sed omnes || [c. 264v] redditus, et eleemosinę dictę Ecclesię, et Altarium communes fiunt.

Hęc Ecclesia habet præter eleemosinas, et legata redditus annuos aureorum centum quadraginta cum infrascriptis oneribus.

Habet onus⁶ celebrare faciendi sex Missas quotannis perpetuis temporibus ex legato facto a Paulo de Benedictis rogato a *Domino* Ioanne Docto Notario Parmę. *

{Item⁷ tenetur ad celebrationem tot Missarum, quot annuatim⁷ celebrare possunt pro ratione fructuum, qui colliguntur ex plodio Terrę legato a Paulo Gabbiano anno 1588.

Item⁷ tenetur ad celebrationem tot Missarum, et diuinorum Offitiorum, quot capere possunt redditus septem perticarum Terrę perpetuis temporibus ex legato facto a *Baptista* Mazzolano rogato ab Alexandro Scaratto anno 1590.}

✕ Item tenetur ad celebrationem vnus Offitij defunctorum singulis annis ex legato facto a Ioanne Planerio Medico insigni pro anima eius anno 1600.

Item⁷ tenetur ad celebrationem tot Missarum, quot portant fructus⁸ annui quatuor plodiorum Terrę cum dimidio, et hora aque ex legato facto a *Reuerendo Domino* Innocentio Cremezano rectore Aquęlongę. Extat Testamentum rogatum a *Domino* Hyeronimo Blesio Notario Quintiani anno 1663

Item tenetur ad celebrare faciendum in dicta Ecclesia tot Missas, quot fructus annui dant Capitalis mille aureorum, quod capitale inuestitum est in plodijs Terrę. Hęc supradicta onera omnia adimplentur.

Redditus, et eleemosinę huius Ecclesię administrantur a Regentibus illius. Massarius est *Gabriel quondam* Lucius Vadaneus.

Ecclesia *Disciplinatorum* sub inuocatione *Beate Marię Virginis*, et || [c. 266r]⁹ *Sancti* Bernardi sita in Castro habet vnum tantum Altare non consecratum, et sua Diplomata aggregationis.

Hęc Ecclesia habet annuos redditus centum quadraginta aureorum circiter cum infrascriptis oneribus.

Primo tenetur ad celebrationem¹⁰ vnus Missę singulis primis Dominicis cuiuslibet mensis.

2° tenetur ad celebrationem trium Offitiorum pro defunctis singulis annis. Constat ex fide autentica *Domini* Ioannis Sorę notarij Quintiani.

3° tenetur dare hospitium *Concionatoribus* quoties⁷ conducuntur et tempore quadresimali præter hospitium tenetur etiam contribuere alimenta: nunc⁷ tamen⁷ loco alimentorum soluit¹¹ *Concionatoribus* uiginti aurea vltra mobilita, et ligna necessaria

4° tenetur dispensare singulis annis psalmas decem, et septem formenti in pane, et farina pauperibus Quintiani. Farina dispensatur Festo *Sancti* Thome Apostoli, panis autem die Iouis sanctę hebdomadę.

Onus tertium, et quartum supradictum constat partim⁷ ex consuetudine, partim⁷ ex Instrumento Inuestiturę bonorum dictę Disciplinę factę a *Communitate* Quintiani anno 1567 die 15 mensis ianuarij rogato a *Domino* Ioanne Planerio Notario Quintiani.

⁶ Segue una parola cancellata (forse «manutenendi»).

⁷ Questi due “item” sono redatti nel *recto* del foglio seguente, e il rimando in questa sede è fatto mediante un asterisco e una crocetta patente (che indicano rispettivamente inizio e fine della aggiunta).

⁸ Corretto da «fructi» (o viceversa?)

⁹ La c. 265 è costituita da mezzo foglio, sul cui *recto* sono redatte le aggiunte da riportarsi nella pagina precedente (cfr. nota 7), mentre al *verso* è in bianco.

¹⁰ Segue una parola cancellata (forse «tres»).

¹¹ Segue «ur», cancellato.

Panis hoc anno dispensatus fuit, non autem farina.

Alia onera adimplentur: Deficiunt solum isti Discipuli-||[c. 266v]nati in celebratione Offitiorum pro defunctis: nam' quinque abhinc' annis celebrare faciunt tantum vnum, aut duo Offitia. Insuper' stante supradicto instrumento tenentur etiam isti Disciplinati impendere omnes fructus in vsus pios, et eleemosinas erga pauperes, et egenos.

Alia Ecclesia extat Virginum, quę collegialiter', et ad formam quasi claustralem viuunt, vocanturque Oblatę Sanctissimi Sacramenti. Hęc habet vnum Altare non consecratum, in quo Missa quotidiana celebratur legata a quondam Domino Iacobo de Caparis. Testamentum rogatum fuit a Domino Ioanne Sora Notario Quintiani sub die 27 septembris 1624. Celebrator huius Missę eligitur a spectabili Communitate cum interuentu Reuerendi Archipresbyteri, et Curati.

Hoc onus missę adimpletur a Reuerendo Ioanne Baptista Rubino.

Alia Ecclesia extat, quę vocatur Plebs eo, quia hęc Ecclesia antiquitus' erat Parochialis, Plebana, et Archipresbyteralis, quę habebat sub se quinque alias Parochias ut legitur in visitatione Bollana; nunc' adest tantum' Ecclesia Parochialis Aquęlongę, ut supra inuimus.

Hęc Ecclesia habet vnum Altare sub inuocatione Natiuitatis Beatę Marię Virginis, et aliam Capellam habet, quę nominatur Sancta Maria Plebis. Nulla onera habet, licet plures Missę uotiuę quotidie' ibi celebrentur ob Cimiterium, in quo omnia Corpora defunctorum sepiuntur. || [c. 267r]

Eleemosinę huius Ecclesię sunt bene' administratę iuxta dispositionem Archipresbyteri.

Extat alia Ecclesia campestris sub inuocatione Sanctę Marię Elisabeht in contrata Castelletti de iuribus Illustrissimorum Fratrum Pauli, et Baptistę de Martinenghis, quę vnum Altare habet, in quo celebrantur quatuor Missę qualibet hebdomada ex obligatione dictorum Illustrissimorum fratrum, et mihi dixit Reuerendus Franciscus Cirimbellus Capellanus eiusdem missę.

Extat alia Ecclesia campestris in contrata Montecchij sub inuocatione Sanctę Marię de Montecchij, quę habet vnum Altare, in quo diebus festis celebratur Missa pro commoditate vicinorum, qui contribuunt manutentioni huius missę sine tamen' obligatione.

Eleemosinę huius Missę capiuntur ab Heremita dictę Ecclesię, quas expendit in Manutentione ipsius Ecclesię.

Extat alia Ecclesia campestris in contrata Curtis Emilię, seu' Belgarossę, quę vocatur Ecclesia Sanctę Marię de Belgarossa. Habet vnicum Altare, in quo singulis festis celebratur missa ad commoditatem vicinorum, qui contribuunt manutentioni huius Missę sine tamen' obligatione. Habet vnum plodium Terre, cuius fructus percipit Heremita dictę Ecclesię, qui etiam capit Eleemosinas oblatas¹² cum onere contribuendi nouem aurea singulis annis pro manutentione Missę, cerę, et reparationis. || [c. 267v] tectuum Oratorij sub directione Archipresbyteri:

Vlterius' extant alia onera celebrandi missas, ut infra.

Reuerendus Franciscus Basellus legauit tres Missas perpetuo' celebrandas pro qualibet¹³ hebdomada in aliqua Ecclesia Quintiani. Testamentum rogatum fuit a Domino Francisco Gandino Notario Quintiani anno 1650. Hoc onus adimpletur a Domino Carolo Bertolio.

Alia missa relicta a Domina quondam Iulia Bagnola quotidiana, quę fuit reducta per Reuerendissimum Dominum Octauium Tertium Vicarium Generalem autoritate Sacrę Congrega-

¹² Segue una parola cancellata.

¹³ Segue «Missa», cancellato.

tionis in Missas centum septuaginta celebrandas in Oratorio Quintiani. Apparet reductio in in actis Petri Mazotti Notarij Episcopalis sub die 30 Augusti anno 1635. Onus huius Missę spectat ad PPatres e societatu¹⁴ Iesu Brixie ob hereditatem dictę Bagnole, nec clare' constat, an' adamussim sit hoc onus adimpletum.

Reuerendus Dominicus Vertua legauit quonque Missas celebrandas pro qualibet hebdomada perpetuis temporibus sine tamen' onere loci particularis, Testamentum fuit rogatum a Domino Francisco Gandino notario Quintiani die 7 Octobris 1651.

Sacerdotes commorantes Quintiani sunt infrascripti

- [1] Ioannes Capellus Archipresbyter caput Plebis
- [2] Reuerendus Hercules Toccagnus Curatus.
- [3] Reuerendus Iulius Annibalis Capellanus Missę Cremezanę || [c. 268r]
- [4] Reuerendus Hyeronimus Vadaneus maior Capellanus scholę Sanctissimi Sacramenti.
- [5] Reuerendus Ioannes Paulus Vertua Capellanus Missę Reuerendi quondam Dominici Vertuę.
- [6] Reuerendus Iacobus Vitalis Capellanus Ecclesię Sancti Ioseph.
- [7] Reuerendus Gabriel Vadaneus sine Capellania
- [8] Reuerendus Carolus Bertoleus Capellanus Missę Reuerendi quondam Francisci Baselli
- [9] Reuerendus Ioannes Baptista Braccius Capellanus Motellę pro Illustrissimo Domino¹⁵ Carolo Francisco Calino.
- [10] Reuerendus Ioannes Baptista Rubinus Capellanus Missę quondam Iacobi Caprę
- [11] Reuerendus Carolus Gandalea Capellanus Missę quondam Iulij Paduani
- [12] Reuerendus Franciscus Cirimbellus Capellanus Castelletti pro Illustrissimis Paulo, et Baptista de Martinenghis, et etiam pro Missa relicta a quondam Domino Petro Paduano.
- [13] Reuerendus Iulius Scantius Capellanus Sanctissimi Rosarij
- [14] Reuerendus Hyeronimus Vadaneus minor Capellanus Ecclesię Sanctę Marię de Montechijs.
- [15] Reuerendus Franciscus Debraccius Capellanus Missę Reuerendi quondam Francisci de Litteris.
- [16] Reuerendus Franciscus Pizzamilius Capellanus Missę Corsinę
- [17] Reuerendus Dominicus Gandinus Capellanus Ville nouę pro Illustrissimo Comiti Francisco de Barcho.
- [18] Reuerendus Iacobus Gandinus Capellanus Communitatis pro Missa Oratij Cirimbelli.
- [19] Reuerendus Ioannes Baptista Bertola Capellanus Ecclesię campestris Sanctę Marię de Belgarossa.
- [20] Reuerendus Antonius Polettus Capellanus Missę quondam Pauli Poletti. || [c. 268v]
- [21] Reuerendus Horatius Peronus Maior Capellanus Ecclesię Sancti Ioseph.
- [22] Reuerendus Horatius Peronus minor Capellanus eiusdem Ecclesię Sancti Ioseph.
- [23] Reuerendus Franciscus Augustinellus sine onere celebrandi
- [24] Reuerendus Franciscus Desideratus Capellanus Reuerendi Seminarij
- [25] Reuerendus Bartolameus Baldinus Capellanus Ecclesię Sancti Rocchi.
- [26] Reuerendus Thomas Marinonus sine Capellania.
- [27] Reuerendus Dominicus Vadaneus Capellanus Scholę Sanctissimi Sacramenti.
- [28] Reuerendus Franciscus Vertua sine Capellania.
- [29] Reuerendus Ioannes Pertica sine Capellania
- [30] Reuerendus Ioannes Baptista Pertica Capellanus Missę votiuę Marię de Soris.
- [31] Reuerendus Ioannes Baptista Vertua Capellanus Missę quondam Ioannis Pauli vertuę.

Clerici habitantes Quintiani sunt infrascripti.

¹⁴ Scil.: "societate".

¹⁵ Segue una abbreviazione cancellata (forse «D»).

- [1] *Dominus*¹⁶ Michael Trappa Diaconus
 [2] *Dominus* Ioannes Baptista Augustinellus Diaconus
 [3] *Dominus* Ioannes Paulus Gatterius Diaconus
 [4] *Dominus* Petrus Zopettus Diaconus
 [5] *Dominus* Ioannes Paulus Rubinus Subdiaconus
 [6] *Dominus* Gratiadeus de Gratiadeis in *minoribus*, qui habet duo Beneficia simplicia: alterum sub inuocatione *Sancti* Ambrosij hic' Quintiani: alterum sub inuocatione *Sancti* Martini in pertinentijs Orzi Noui.

Insuper' præter Beneficium Plebis extant alia duo || [c. 269r] alia duo [!] Beneficia simplicia, videlicet Beneficium simplex sacerdotale sub inuocatione *Sancti* Faustini: hoc fuit vnitum Seminario Brixie a felici memoria *Illustrissimi*, et *Reuerendissimi Domini Domini Episcopi* Bollani sine tamen' præiudicio cultus diuini.

Alterum Beneficium simplex est sub inuocatione *Sancti* Ambrosij: hoc possidetur a supradicto Clerico Gratiadeo.

Extat Conuentus Fratrum *Minorum Sancti* Francisci de obseruantia sub inuocatione *Sanctę* Marię Virginis; In hoc Conuentu degunt uiginti duo Religiosi

Præterea' extat Collegium Virginum Demissarum, quę uocantur oblatę *Sanctissimi* Sacramenti. Hoc Collegium fuit erectum a felici memoria *Illustrissimi*, et *Reuerendissimi Domini Domini* Iustiniani *Episcopi* Brixie cum Diplomate, in quo habetur, ut uiuant, immediate sub potestate *Episcopi*, et in eius loco sub directione Archiprębyteri Quintiani. Hę uiuunt totaliter' in *communitate*, et quasi claustraliter' cum magno exemplo, et vtilitate spirituali populi; suntque tantum' octo.

Puerorum Pręceptores sunt *Reuerendus* Ioannes Baptista Vertua, et *Dominus* Michael Trappa: an' fecerint professionem fidei mihi non constat.

Puellarum magistrę sunt Martha Olina, et Iulia Vadanea. || [c. 269v]

Obstetrices sunt Marta Taù, [?] Maria Vadanea dicta Vidua Sbalzena, [?] et Sancta Tonarella

Schola Doctrinę *Xpistianę* valde' bone' se habet cum magna frequentia populi. Tres scholę eodem tempore fiunt. Altera in Ecclesia *Parocchiali* pro solis maribus. Altera in Ecclesia *Sancti* Rocchi pro mulieribus de Mercato, et Altera in Ecclesia *Sancti* Ioseph pro mulieribus de Burgo.

Illustrissimus Berardus Madius et eius fratres tenentur soluere Plebi Quintiani sex libras *Planetarum* singulis annis pro liuello aliquorum plodiorum Terrę in contrata Faliuere, quę fuerunt permutata; sed recusant solutionem.

Nullus vir, nec vlla femina, fauente Deo, sunt in Parocchia Quintiani, qui non adimpleuerint præceptum *Communions* Paschalis.

Ego Ioannes Capellus Archiprębyter Vicarius Foraneus Quintiani. ||

¹⁶ Segue un nome cancellato.